UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

286. De suspendio Iudæ.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56533

Visual Library

eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. *Matth.* 27. ℣. 2. Erat autem manè : & ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha. *Ioan.* 18. ℣. 28.

MEDITATIO CCLXXXVI.

De ſuſpendio Iudæ.

I. TVnc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus eſſet; pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccavi, tradens ſanguinem juſtum. *Matth.* 27. ℣. 3. & 4.

II. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. *Matth.* 27. ℣. 4.

III. Et Iudas projectis argenteis in templo, receſſit: & abiens laqueo ſe ſuſpendit. *Matth.* 27. ℣. 5. Et ſuſpenſus crepuit medius: & diffuſa ſunt omnia viſcera ejus. *Act.* 1. ℣. 18.

MEDITATIO CCLXXXVII.

De agro figuli empto.

I. PRincipes autem ſacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mit-